

quodlibet uniuersi partium sit principium distinctiuum omnis partis superficiei sphaerae p 87. primi huius
tamen in hac scientiae sensibilis experientia, quae naturalium rerum conditione permiscetur
uirtus sensitua ex comprehensione partis superficiei uisus, in qua figuratur forma rei uisae
comprehendit a posteriori uia sensibus competente quantitate anguli, quam in centro uisus
respicit superficies praefata: sensus enim uisus naturaliter comprehendit illam superficiem, in qua figuratur forma rei uisae per distinctionem lucis & coloris, qui per se accidunt
in illa parte ab alijs superficialibus uisus distincta, & quando comprehendit quantitate illius
partis, tunc imaginatur angulos quos respiciunt illae partes, & comprehendit quantitates eorum apud centrum uisus secundum quantitate partium superficiei uisus illis angulis subtensarum; anguli autem tunc non certificantur nisi per motum uisus respicientis super diametros rei uisae, aut super spacium, cuius uisus magnitudinem uult scire: patet ergo propositum:
& licet lineae radiales in centro uisus non concurrant, quam peruenit intersectio axium uisus
alium ad medium punctum nerui communis, ut in praecedentium theorematum pluribus patuit,
partes tamen superficiei uisus ipsius informantur secundum modum quo lineae radiales concurrunt in centro ipsius uisus, nisi ipsos refractione in medio secundi diaconi praue-
ret, ut patet per 22. huius, & hoc est notatu dignum, quam nos in sequentibus utemur centro uisus, ac si lineae radiales in ipso angulariter concurrant, quia secundum hoc omnis uisio informat.

LIBER QVARTVS

PERSPECTIVAE VITELLIONIS



IRactauimus in praemisso tertio libro de proprietatibus organi uisui, & de essentialibus modis uidendi, nunc autem restat, ut in hoc quarto libro persequamur proprietates omnium uisibilium, quae ut in principio tertij diximus, sunt uigintiduo, quorum tantum duo, scilicet lux & color sunt per se uisibilia. Alia uero uidentur per accidens, uel quia pluribus alijs sensibus percipiuntur, uel quia non uidentur nisi propter luces & colores, ut patet in singulis ipsorum, & quam in praemisso tertio libro de uisione lucis & coloris satis praemisimus, ideo nunc alia 20. uisibilia restant tractanda: haec itaque omnia, passiones quoque & deceptiones, quae accidunt uisibus & potentibus intrinsecis animae circa illa naturaliter uel mathematice, prout natura rei & possibilitas nostra fert, sub modo demonstrationis suo ordine percurremus, unicuique ipsorum suae uisionis modum & in se & in suis partibus praemittentes, deceptiones quoque quae in ipso uel tantum uirtuti uisuae, uel etiam potentibus animae intrinsecis, ut quae uirtuti distinctiuae & rationatiuae accidunt, cum studio subiugemus: quae autem praemittimus sunt ista.

Forma dicitur directe uisibus incidere, a qua producta linea recta super superficiem uisus est perpendicularis incidens ipsi centro foraminis uisus. Oblique uero incidere, dicitur a qua producta recta dicto modo non est perpendicularis. Linea directe uisui opposita, dicitur illa cui axis radialis perpendiculariter incidit secundum aliquod eius punctum.

Linea obliquata ad uisum, dicitur cui axis radialis ad nullum sui punctum perpendiculariter potest incidere. Superficies directe opposita, dicitur quando axis radialis perpendiculariter erigitur super illam. Superficies uero obliquata ad uisum, dicitur quando axis radialis punctis illius superficiei incidit oblique. Complementum directionis in oppositione uisus est, cum axis perpendicularis incidit medio superficiei, uel lineae oppositae uisui, & quanto magis punctus, cui incidit axis perpendiculariter, fuerit medio superficiei aut lineae propinquior, tanto erit superficies uel linea maioris directionis in oppositione.

Vera comprehensio per uisum, dicitur illa inter quam & ueritatem rei uisae non est diuersitas sensibilis omnino respectu totius rei uisae. Remotio unius rei ab altera, est praenatio contactus inter illa. Conus dicitur pyramis rotunda uel uertex pyramidis cuiuscumque rotundae uel lateratae. Perimus autem haec. Sub eleuationibus radijs uisa eleuatione apparere, sub declinationibus uero decliniora, & similiter sub dexterioribus radijs uisa dexteriora